

MARSVS AVT MARS PRINCEPS GERMANORVM.



**M**Ars ille ex Tuiskonis familia genitus, insigni corporis & animi magnitudine præditus fuit. Itaq; finitimas gentes suo imperio subiecit, atq; rationem ostendit quomodo bella prosperè expedienda essent. Hinc factum ut ipso mortuo Germani Martem pro deo coluerint, atq; ei sacrificia obtulerint, ut eo propitio uictoria potirentur. Vnde carmen de eo extat:

Primus honor Marti, clypeo Mars fulget & ense,  
Germanamq; manu frameam tenet, illius aris  
Victima prima cadit, gentis pater ipse uocari  
Gaudet, & Arctoo sedem sibi deligit orbe.  
Cernis & Alciden, uinctoq; Tuiskonamanno

Teutonico, &c.

Beros. Euseb.